




Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus
Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae,
Livoniae, Princeps Transilvaniae, Joanni Ma-
gno Duci Moscoviae, Russiae, Dno Smodomiriae
Rex Poloniae concedit ut Moscoviae Ducis oratorum adven-
tus in Poloniam iterum prorogetur.

Duddecima augusti accepimus litteras tuas
a Dno Palatino Smolicensi Capitaneo
nostro Orsanensi missas, ex quibus intellexi-
mus te nihil aliud velle, nisi ea, quae pri-
us scripsisti, repetere, ut Legatos tuos in di-
tionibus nostris expectemus. Hoc iam du-
dum facere decreveramus, quemadmodum
ex tuis Internuntiis credimus te intellexisse,
et fecimus, sed cum nusquam isti tui Le-
gati appareant, jacturam temporis ulte-

riores pati nolimus, et quia mora tuorum
 Legatorum jam satis longa fuit, videmus
 illam rerum, quae pertinent ad pacem,
 magnam incertitudinem repraesentare,
 itaque licet saepius de maturo adventu
 tuorum Legatorum ad nos praescribas, expe-
 ctare non possumus, attamen cum tanto pe-
 re urgeas, Nos tibi promittimus, si tui Le-
 gati accelerabunt, intra confinia ditiorum
 nostrarum fortassis Nos invenient. Qua de re
 Thebani Palatino nostro in mandatis dedi-
 mus, ut tuos Legatos, dum Orsam venient,
 admonereat. Datum in Saraz xii. Augusti
 1560, Regni nostri Anno quinto.



Descriptum, et recognitum ex autographis Litteris Joannis

Andreas Episcopi Brictinoriensis Nuncii Apolici apud
 Poloniae Regem ad Cardinalem Comensem a Secretis
 Status nipsis (Nunc. Di. Pol. tom. 80. pag. 430), quae ad-
 servantur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
 Dabam die XVIII. Kal. Augusti MDCCCLXXXVII.



M. Marini
 Tabul. S. R. E. Prefectus

Handwritten text at the top of the page, including a date: *Placem die XVII. Oct. 1750. MDCCLXXV.*

M. M. M.



Main body of handwritten text, which is extremely faint and largely illegible due to fading or bleed-through from the reverse side of the paper.